



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæ pax?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

Signum vero abiectum & contemptibile est, quo etiam quotidie Deus vitur, cum crucem nobis ob oculos ponit.

VERSUS 14.

Gloria in altissimis Deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

QUESTIO I.

Quæ Pax?

§. 1. Vobis modis illa verba distinguunt. Primus est. Et in terra pax, hominibus bonæ voluntatis. Sic legunt & exponunt Euth. Theophyl. Neph. l. 1. c. 12.

Non potest ex hac distinctione clarus confici sensus. Si enim pax in terra non potest esse nisi in hominibus, non possunt ista disiungi, deinde ut gloria Deo, ita pax hominibus tribuitur. Sic igitur disponenda sunt verba. Et in terra pax hominibus. Sic Cyprian. de nativitate Orig. hom. 13. in Luc. Hilari. l. 2. de Trin. Augustin. l. 1. de sermon.

§. 2. Pax duplex est, hominum inter se, & hominum cum angelis, & cum Deo. Mihi de triplici pace intelligi videtur. Nam regnum Christi pacem inducit, convertens cor patrum ad filios. Nam quam enim ab orbe condito tam longa, inter tam multos, tam diversarum nationum homines tam firma pax fuit, quam inter Christianos. Bozias multis hoc ipsum demonstrat. Nec obstat quod c. 12. c. 1. & Matth. 10. 34. se velle non pacem mittere, sed gladium. Et si separati sunt fideles ab infidelibus, semper persecutionem, passio Ecclesia, non tamen ideo non est pax inter membra Ecclesiarum, nec eluditur oratio Episcoporum rogantium Pax vobis.

§. 3. Agitur etiam de pace cum Deo & Angelis, quam una sine altera esse non potest. Dei enim amicos angelizamant, & nullum De inimicum non odio prosequuntur. Reconciliantes homines per Christum ad car, de ea pace frequens mentio est in scripturis. Rom. 6. 12. Ephes. 2. 14. & seq.

QUESTIO II.

Qui homines bonæ voluntatis?

§. 1. Lectio duplex est, & vnius lectionis duplex interpretatio. Prima est Græcorum hodiernorum, & plurimorum veterum, *eu agabontis eu doulas* in hominibus bonæ voluntatis. Altera quorundam Græcorum, qui *eu doulas* legunt, bonæ voluntatis. Interpretatio etiam duplex. Quidam enim intelligunt bonam hominum voluntatem, qua boni sunt, alii bonam Deo homines voluntatem, qua eos bonos efficit.

§. 2. Lectio Græca videtur ex Latina corrigenda. P. 1. mo, quia qui legunt *eu doulas* nominandi casu recentiores sunt, Neph. Theoph. Euth. Andreas Ierosolymitanus, & vnus antiquior Nazianz. orat. 2. de Pascha.

At vetustiores, vt Orig. hom. 13. in Luc. habet *eu doulas*, deinde Cynillus catechesi 12. Græcis igitur Græcos opponimus. Deinde Latinos magno numero. Deinde sensus est facilius, si dicamus hominibus bonæ voluntatis pacem esse datam. Et si tria membra essent, non esset decora oppositio. Nam cælo terra, Deo homines opponuntur, gloria paci. Quia tamen non omnibus pax in finem proficit: ideo hominibus bonæ voluntatis *eu doulas* ratio, hoc est, quos antecedente voluntate bona Deus elegit, attribuitur. itaque angelis homines laudant, sed in illis Dei misericordiam.

§. 3. Homines bonæ voluntatis sunt, qui Deo placeant, quos Deus benevolentia complectitur. Quamvis quidam ad pacem referant, vt sensus sit, Pacem

Adami Conzen in Evang. Tom. II.

bonæ voluntatis in hominibus fore. Nempe pacem eam quæ hominibus datur, esse pacem bonæ voluntatis, ac miserationis diuinæ.

Illi vero sunt prædestinati, qui illi soli pacem illam perpetuo conferuant, licet multi recipiant.

§. 3. Sine causa igitur Caluinus miratur, unde (vt Caluinus ipse ait) factum sit, vt genitiuus casus obreperit nescio. Vult nostram legem ait adulterinam esse, & sensum corrumpere. Sed ita electionem habet Irenæus, alique, vt supra dixi.

Bonæ voluntatis etiam habet Hier. in c. 2. Isa. Aug. ad Simplic. l. 1. q. 2. sed Caluino Bezam opponimus: Bezam de

[Caterum, inquit, vetustissimus meus codex, itemque

Origenes in Lucam 13. & Chrysostomus plurimis locis, vt Homilia in Matth. 26. in sermone de ascensione

Domini, & Homilia de natiuitate Domini: vetus de

niq; interpres, pro *eu doulas* legerunt *eu doulas*. Hebraeus

autem nemo est, qui nesciat tolerare adiectiuorum loco

vt genitiuus appellatiuorum. Sic filii promissionis &

electionis, vasa iræ, vasa misericordiae, vasa electionis,

Hebraice dicuntur, quibus Deus destinant promissiones, quos elegit, in quos iram vel misericordiam de

creuit exercere, quorum opera in rebus magnis vt con

stituit. Ita igitur hoc loco (sicut recte Irenæus anno

tavit) vocati fuerunt *eu doulas* *eu doulas*. Homines be

neplacii vel (vt vetus interpres conuertit) homines

bonæ voluntatis, perinde ac si *eu doulas* scripserit

Euangelista, sicut dicitur Maria *eu doulas* quod

Gallice dixeris benevolus. Hebraice vero *eu doulas*

(anthe raton) id est, quos Deus ex gratuito suo pro

posito diligit & complectitur, in Filio. Sicut Daniel

dicitur *eu doulas* (ich chamudoth) id est, vt de

fide iorū, pro vi multis modis desiderato. Sed hunc

Hebraismum veteres (quod cum eorum pace ac venia

dictum esse velim) cum non considerarent, varie cor

rupeunt. Nam alii, vt Origenes, (de quo quid senti

rem, in præfatione dixi) *eu doulas* coniungunt cū *eu doulas*

traiectione prorsus violenta: Chrysostomus in sermo

ne de Natiuitate Domini, manifeste ad bonam homi

num voluntatem retulit, Veteres Latini etiam ita sunt

interpretati, & cum errore recentiores sophistæ au

xerunt. Ad me vero quod attinet, quamuis (vt ante

dixi) in omnibus exemplaribus excepto illo meo ve

tustissimo, legerim *eu doulas*, & ita sit in contextu in

terpretatus: tamen Origenis, Chrysostomi, veteris in

terpretis auctoritatem, ipsam deniq; rationem sequi

tus, nō recusem legere *eu doulas*, & totam hanc oratio

nem in duo tantum membra partiri, hoc modo, *eu doulas*

eu doulas *eu doulas* *eu doulas* *eu doulas* id est,

Gloria in cælis altissimis Deo, & in terra pax in ho

minibus dilectis, vel complacitis. Neq; enim hæc pax

ad omnes pertinet, sed ad eos demum, quos Deus gra

tia sua dignatur. Certe hoc modo plana erit omnium

membrorum antithesis, & nihil prorsus huiusmodi aut

detortum apparebit. Quod si tria membra constitua

mus (ne quis miretur copulam in secundo membro

expressam, cum potius vel totam orationem esse *eu doulas*

eu doulas, vel tertio demum membro copulam exprimi,

ex omnium linguarum more oportuerit) erit tertium

hoc membrum quasi *eu doulas*, pronuntiatione ad

inuandum, vt sic designetur omne illud suum benefi

cium ex illa immensa Dei *eu doulas* exortiri.]

Beza verba idcirco longiuscula posui, vt lector vi

deat, quam facile ex eisdem castris veritas defendatur,

ex quibus oppugnatur. Nonitas autem vt cito placeat

leuibus ingeniis, ita cito displicet.

QUESTIO III.

Quomodo cantant Deo gloriam in excelsis?

§. 1. Gloria in altissimis Deo, verba sunt vel optan

tium, vel assermantium.

D 3

Qui